



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad
Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,
Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon
Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,
apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ
formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum
requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, &
ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea,
plura, ad Gubernium ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1709

Instruzione VI. Pro examine illorum Testium qui inducuntur pro
contrahendis Matrimoniis, tam in Curia Eminentiss. S. Card. Urbis Vicarii,
quam in aliis Curiis cæterorum Ordinariorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62433)

che potrebbe nascere dalla mutazione, e surrogazione d'altri effetti, che la lunghezza, ma si deve ordinare a gli amministratori di ciascheduna Chiesa, che facciano il catalogo di tutti i pesi di messe, & in ciascuno specificchino distintamente col ordine corrispondente alla Tabella, tutti i fondi, e capitali lasciati alla Chiesa per essi, ò i corpi surrogati, e che l'esibiscano sottoscritto, nella Cancellaria Episcopale, dove in forma di Catastro si dovranno custodire, e conservare.

Se nella Chiesa si troveranno eretti Beneficii semplici, Cappellanie perpetue, ò manuali con pesi di messe; si dovrà fare Tabella separata colla medesima distinzione: giacche di questi, e del lor adempimento, devono render conto i Rettori de beneficii, & i Cappellani pro tempore; e si dovrà fare nel modo seguente.

Tabella de i pesi di messe perpetue, che si devono adempire in questa Chiesa N. da i Rettori, e Cappellani pro tempore per i Beneficii, e Cappellanie in essa erette.

Messe private quotidiane.

Messa una quotidiana perpetua corrente da celebrarsi dal Cappellano pro tempore all' Altare di S. N. per la Cappellania ivi eretta da N. come apparisce, &c.

Messe private in ciascuna settimana.

Messe due perpetue la settimana di requiem da celebrarsi dal Rettore del Beneficio semplice sotto il tit. di S. N. all' Altare del medesimo Santo, in cui trovasi eretto; come apparisce &c.

Messe private da celebrarsi ogni mese.

Messe dieci correnti perpetue da celebrarsi ogni mese in giorni ad libitum dal Rettore del Beneficio semplice Juspatronato della casa N. sotto il tit. di S. N. & al Altare del medesimo Santo, in cui trovasi eretto; come apparisce dall' Instrumento, &c.

Messe da celebrarsi ne i giorni prefissi annualmente.

Messe sette perpetue da celebrarsi nel giorno dell' Annunziata per obbligo ingiunto al Rettore del Beneficio semplice sotto il titolo di S. N. & all' Altare ... come apparisce &c.

Messe sette perpetue da celebrarsi dal Cappellano nominato pro tempore all' Altare della Immacolata Concezione, cioè una in ciaschedun giorno festivo della Santissima Vergine, come apparisce, &c.

Si dovrà parimente in ordine a i Beneficii, e Cappellanie far esibire la nota distinta de fondi capitali, & altri effetti, che godono per custodirla, come sopra nella Cancellaria Episcopale, & ordinare, che i Rettori, e Cappellani pro tempore ch'abbiano il libro, in cui debbano notare la celebrazione delle messe distinto dall'altro, ma però che debbano ivi ritenerlo.

Et inoltre perche vi sono Sacerdoti indevoti, i quali non avendo obblighi da soddisfare, non celebrano la Santa messa, si deve con Decreto Sinodale provvedere che non solamente i Parochi, che sono de jure obligati, ma anche tutti gl' altri Sacerdoti di qualsivoglia condizione, celebrino tutte le feste di precetto, o almeno non tralascino di celebrare ne' giorni festivi solenni, cioè di Pasqua, del Natale di N. S. di Pentecoste, e di tutti i Santi, sotto qualche pena *D. Th. 3. q. 82. art. 10.*

ISTRUZIONE VI.

Pro examine illorum Testium qui inducuntur pro contrahendis Matrimoniiis, tam in Curia Eminentiss. D. Card. Urbis Vicarii, quam in aliis Curiiis cæterorum Ordinariorum.

In primis Testis moneatur de gravitate juramenti, in hoc præsertim negotio pertimescendi, in quo Divina simul & humana majestas læditur, ob rei, de qua tractatur, importantiam, & gravi-

- tatem, quod imminet poena treremium, & fustigationis deponenti falsum.
- 2 Interrogetur de nomine, & cognomine, patria, ætate, exercitio, & habitatione.
- 3 An sit Civis, vel externus, & quatenus sit externus, quanto tempore est in loco, in quo testis ipse deponit?
- 4 An ad examen accesserit spontè, vel requisitus, si dixerit accessisse spontè à nemine requisitum, dimittatur, quia præsumitur mendax, si verò dixerit accessisse requisitum, interrogetur à quo, vel à quibus, ubi, quando, quomodo, coram quibus, & quoties fuerit requisitus, & an sciat adesse aliquod impedimentum inter contrahere volentes?
- 5 Interrogetur, an sibi pro hoc testimonio ferendo, fuerit aliquid datum, promissum, remissum, vel oblatum à contrahere volentibus, vel ab alio ipsorum nomine?
- 6 Interrogetur, an cognoscat ipsos contrahere volentes, & à quanto tempore, in quo loco, qua occasione, & cujus qualitatis, vel conditionis existant?
Si responderit negativè, testis dimittatur, si verò affirmativè.
- 7 Interrogetur; an contrahere volentes sint cives, vel exteri, si responderit esse exteros, superfedetur in licentia contrahendi, donec per literas Ordinarii ipsorum contrahere volentium, doceatur de eorum libero statu, de eo tempore quo permanferunt in sua Civitate, vel Dicecesi. Ad probandum verò eorundem contrahere volentium statum liberum pro reliquo temporis spatio, scilicet usque ad tempus, quo volunt contrahere, admittantur testes idonei, qui legitimè, & concludenter deponant statum liberum contrahere volentium, & reddant sufficientem rationem causæ eorum scientiæ, absque eo, quòd teneantur deferre attestaciones Ordinariorum locorum, in quibus contrahere volentes moram traxerunt,
Si verò responderit, contrahere volentes esse cives:
- 8 Interrogetur, sub qua Parochia hætenus contrahere volentes habitant, vel habitent de præsentì?
- 9 Item an ipse Testis sciat, aliquem ex prædictis contrahere volentibus quando-
- que habuisse uxorem, vel maritum, aut professum fuisse in aliqua Religione approbata, vel suscepisse aliquem ex Ordinibus Sacris, Subdiaconatum scilicet, Diaconatum, vel Presbyteratum, vel habere aliud impedimentum, ex quo non possit contrahi matrimonium.
Si testis responderit, non habuisse uxorem, vel maritum, neque aliud impedimentum, ut supra.
- Interrogetur de causa scientiæ, & an sit possibile, quod aliquis ex illis habuerit uxorem, vel maritum, an aliud impedimentum, &c. & quod ipse testis nesciat?
Si responderit affirmativè, superfedatur, nisi ex aliis testibus probetur concludenter, non habuisse uxorem, vel maritum, neque ullum aliud impedimentum, &c.
Si verò responderit negativè.
- Interrogetur de causa scientiæ, ex qua deinde Judex colligere poterit, aut testi sit danda fides.
Si responderit contrahere volentes habuisse uxorem, vel maritum, sed esse mortuos.
- Interrogetur de loco, & tempore, quo sunt mortui, & quomodo ipse testis sciat fuisse conjuges, & nunc esse mortuos? Et si respondeat mortuos fuisse in aliquo Hospitali, vel vidisse sepeliri in certa Ecclesia, vel occasione militiæ sepultos fuisse à militibus, non detur licentia contrahendi, nisi prius recepto testimonio authentico à Rectore Hospitalis, in quo prædicti decesserunt, vel à Rectore Ecclesiæ, in qua humata fuerunt eorum cada vera, vel, si fieri potest à Duce illius cohortis; in qua descriptus erat miles. Si tamen hujusmodi testimonia haberi non possunt, Sac. Congregatio non intendit excludere alias probationes, quæ de jure communi possunt admitti; dummodo sint legitimæ, & sufficientes.
- Interrogetur, an post mortem dicti conjugis defuncti, aliquis ex prædictis contrahere volentibus, transferit ad secunda vota?
Si responderit negativè.
- Interrogetur, an esse possit, quod aliquis ex illis transferit ad secunda vota, absque eo, quod ipse testis sciat?

Si respondit affirmativè, superfedetur in licentia, donec producantur testes, per quos negati va coarctetur concludenter.

Si verò negativè.

Interrogetur de causa scientiæ; qua perpensa, Judex poterit judicare, an sit concedenda licentia, nec ne.

Si contrahentes sunt vagi, non procedatur ad licentiam contrahendi, nisi doceant, per fides Ordinariorum suorum, esse liberos, & in aliis, servata forma Concilii Trid. in cap. multi, sess. 24. Fides, aliaque documenta, quæ producuntur de partibus, non admittantur, nisi sint munita Sigillo, & legalitate Episcopi Ordinarii, recognita saltem per testes, qui habeant notam manum, & Sigillum, & attente consideretur, quod fides, seu testimonia bene, & concludenter identificent personas, de quibus agitur.

Pro testibus in hac materia, recipiantur magis consanguinei, quàm extranei, quia præsumuntur meliùs informati, & cives magis, quàm exteri, nec admittantur homines vagi, & milites, nisi data causa, & maturo consilio, & Notarius exacte describat personam testis, quem si cognoscit, utatur clausula, *mibi bene cognitus*, sin minus, examen non recipiat, nisi una cum persona testis, aliqua alia compareat cognita Notario, & quæ attestetur de nomine, & cognomine ipsius testis, nec non de idoneitate ejusdem ad testimonium ferendum. Et hujusmodi examinibus, debet interesse in urbe, ultra Notarium, & officialis specialiter deputatus ab Eminentiss. Vicario, & extra Urbem, vel Vicarius Episcopi, vel aliqua persona insignis, & idonea ab Episcopo specialiter deputata: aliàs puniatur Notarius arbitrio Sac. Congregationis, & Ordinarius non permittat fieri publicationes.

Ordinarii præcipiant omnibus, & singulis Parochis in eorum Diœcesibus existentibus, ut pro matrimoniis cum exteris contrahendis, non faciant publicationes in eorum Ecclesiis, nisi certiorato Ordinario, à quo, vel ejus Generali Vicario priùs teneantur fidem authenticam reportare, quod pro tali matrimonio fuerunt examinati testes in eorum Tribunali,

qui probant statum liberum contrahere volentium, &c.

Contravenientes autem severè punientur.

Franciscus Riccardus S. Rom. & Univers. Inquisit.

Loco ✠ Sigilli.

Anno 1670. die 30. mensis Augusti & supradictum Decretum publicatum fuit.

Dubia aliquot circa exterorum matrimonia cum responsonibus Sac. Congregationis.

Ordines ultimo loco ab Urbe emanati circa Matrimonia cum exteris contrahenda, inter alia disponunt, quod Ordinarii præcipiant omnibus, & singulis Parochis, in eorum Diœcesibus existentibus, ut pro matrimoniis cum exteris contrahendis non faciant publicationes in eorum Ecclesiis, nisi certiorato ordinario, a quo, vel ejus Generali Vicario, prius teneantur fidem authenticam reportare, quod pro tali matrimonio, fuerint examinati testes in eorum Tribunali, qui probant statum liberum contrahere volentium.

Quæritur, an illi ex Diœcesibus circumvicinis, & ipsi teneantur tales probationes facere, an verò sufficiat fides denunciationum in eorum Diœcesibus factarum cum legalitate Ordinarii, & probatio eorum status post discessum ab ipsa Diœcesi?

R. Hujusmodi habentur pro exteris, & consequenter tenentur probationes facere.

Item, an contrahere volentes in confinibus eorum Diœcesis habitantes, & ob vicinitatem, & eorum Rectoribus cogniti teneantur easdem facere probationes, an verò sufficiat publicationes ab ipsis Rectoribus faciendæ?

R. Etiam isti tenentur facere probationes.

An easdem teneantur facere probationes

nes ii, qui antè ætatem nubilem à propria Dicecesi discedentes, ad aliam se contulerunt, & in ea postmodum habitaverunt?

R. Non tenentur, quia non fuerunt extrà Dicecesim tempore habili ad contrahendum.

1 An, in Civitate, in qua milites Hispani, Teutonici, Alemanni, & aliarum longin quarum regionum residere solent idem cum ipsis sit servandum, vel sufficiat probationes in ipsa Civitate recipere de eorum statu à testibus ipsarum regionum de negotio edoctis?

R. Tenentur facere probationes, juxtà formam instructionis, quia isti faciliùs committunt Polygamiam.

2 An facta per Parochum monitione Ordinario contrahere volentis, fides status ejus sit ab eodem Parocho, vel à contrahere volente reportanda?

R. Tenetur fidem reportare, & Parocho consignare, is, qui vult matrimonium contrahere, sed est in libertate Parochi hujusmodi onus in se assumere.

6 An eadem probationes sint servandæ in casu necessitatis, & ab existentibus in articulo mortis, sic contrahere volentis, intrà quem scilicet probabiliter non adsit tempus sufficiens faciendi diligentias: cum hoc etiam, quod si infirmus fortè convalescerit, debeant fieri diligentias, juxtà instructionem, antequam simul conveniant?

R. Non sunt servandæ in articulo mortis.

7 An requiratur attestatio proprii Ordinaris pro exoteris, qui per decem annos, & ultrà domicilium acquisierunt in loco, ubi sunt Matrimonium contracturi, si eorum status liber probetur per testes fide dignos, tam originis, quàm domicilii?

R. Requiritur.

8 An requiratur dicta attestatio pro illis exoteris, qui unicam, vel plures duxerunt, & è contrà, si mortuæ fuerint in loco, ubi iterum, matrimonium contrahere desiderant, ac amplius post mortem à dicto loco non discesserunt?

R. Requiritur pariter.

Has easdem responsiones habet Syno-

odus Bononien. 1699. Typis edita, in Appendice p. 203.

Et cum dubio, ac responso quarto, consonant responsiones Sac. Congreg. Concilii datae dubiis propositis, & ab eadem Sac. Congreg. Inquisitionis remissis, 6. Martii 1694. Quia Cappellani exercitus sine indulto Apostolico, hujusmodi matrimoniis assistere non possunt: & quamquam hoc indultum, aliquandò Principibus, & Regibus Catholicis concedatur, illud tamen expediri solet cum clausula, quod Cappellani exercitus matrimonia faciant, & Sacramenta ministrent, & conferant tempore dumtaxat, quo exercitus in actuali expeditione reperitur; secus verò quandò milites in stationibus, & præsiidiis degunt, & ita expediri debere, resolutum fuit à Congregatione deputata Concilii 29. Septembris 1690.

ISTUZIONE VII.

Avvertimenti, & Ordini della Sacra Congregazione degl' Eminentissimi, & Reverendissimi Signori Cardinali deputati dalla Santità di Nostro Signore Papa INNOCENZO XII. che si doveranno notificare da Patriarchi, Arcivescovi, Vescovi, & altri Ordinari nelle Città, e luoghi delle loro Diocesi à Fedeli, che si dispongono al viaggio per Roma nell'immixente Anno Santo.

A Prossimandosi l'anno dell'humana Redenzione 1700. in cui il Santissimo Pastore della Chiesa universale Papa INNOCENZO XII. apre le porte della Divina Misericordia, e con larga mano dispensa à Fedeli i Celesti Tesori delle Benedizioni Apostoliche, e desiderando la Santità sua, che il prossimo anno Santo sia veramente tale, cioè che venga da tutti santificato con pensieri, parole, & opere sante, hà con Paterna provvidenza deputato una Congregazione particolare di Eminentissimi Signori Cardinali per ridurre con mezzi opportuni al desiderato fine la sua Santissima intenzione, di cui è unico oggetto la maggior gloria di Dio, e la salute dell'anime. Onde questi Eminentissimi Signori per eseguire la pia mente della